

DE IEIVNIO. III. SABBATORVM. IN QVIBVS
duodeci lectiones fuit. & sacre ordinatioes. ca. xxiiii.

Vnt quoq; et quattuor Sabbata. in quattuor
mensibus. singula per singulos. in quibus spe-
cialia ieunia sunt constituta. & officia his die-
bus maiora orationum et lectionū in ecclesia celebrat.
idest in Marcio mense. primo sabbato. Quarti mensis.
idest Iunij. In septimi quoq; mensis idest Septembris.
tercio Sabbato. et in quarto Sabbato decimi mensis. i.
Decembris. Quorum primum iuxta obseruationem
quadragesime uerni tēpore celebratur. quando mēsis
nouorum apud Iudeos habebatur. Secundum autem
in ieunio post pentecosten estatis tempore. quando
apud Iudeos dies primitarianum ex legis precepto custo-
diebant. idest de frugib; primi panes deo offerebat.
& ocium legittimum ipsius diei célébratur. Tercium
est in septimo mense. autumni uidelicet tempore. qui
totus in lege uariis solempnitatibus deo dicatus erat.
in quo dies expiationū erat. dicēte domino ad Moysen
Decima die mensis huius septi. dies expiationū erit ac
celeberrius. et uocabitur sanctus. affligitisq; aias uestras
in eo. et offeratis holocaustū domino. Omne opus non
facietis in tēpe diei huius. quia dies propiciatiōnis est.
ut propiciatur uobis dominus deus uester. et reliqua.
In quo & dies decem scenophegi fuerant. i. taberna-
culturū. Nam quinta decima die mensis huius. ueteres
solempnitates tabernaculorum célébrabant. Septem
diebus eandem solēpnitatem exigentes. quo quidem
ieunio usos fuisse antiq; Hesdrē liber meminit. Postq;
enim redierunt filii Israhel in Hierusalem. & fecerunt
sibi tabernaculorum leticiam magnam. de hinc conue-
nerunt in ieunio in saccis. et humus sup eos. et steterūt
& confitebant p̄ctā sua. et iniuriantes patrum suorum.
& consurrexerunt ad standū. et legerunt in uolumine

h iij

legis domini dei sui, quater in die, et quater in nocte confitebantur. & adorabant dominum deum suum. Quartum uero est ieunium sabbati in decimo mense, ante diem natalis domini, quando uenturi saluatoris, salubris in sacris lectionibus predicatur aduentus, ut fideles quiq[ue] hac religione instructi, & medicamine sanctorum orationum, simul cum sacro ieunio confirmati, natu*ri* tatem redemptoris leti expectat. Ante hec videlicet quattuor Sabbata in eadē hebdomada, semp quarta & sexta feria legitima ieunia fieri, & canon orationum & lectionum in eisdem feriis ad missarum solennia constitutus indicat, & exempla precedentium patrum confirmant. Sacras autem ordinatos his diebus oportere fieri, decreta Gelasij Papæ testantur, in quibus ita scriptum continetur. Ordinationes autem presbyterorum, diaconorumq[ue] nisi certis temporibus et diebus exercere non debeant, id est in quarti mensis ieunio, septimi & decimi, sed etiam quadragesimalis, ac media na initio quadragesime die sabbati ieunio, circa uesperam nouerint celebrandas. Officia autem horum quattuor Sabbatorum, uulgo, duodecim lectiones vocantur, eo quod cum lectionibus que leguntur, & cum psalmis qui leguntur, duodenarius numerus adimpletur, qui benedictiones possunt vocari, eo quod inter canonicas scripturas annumerantur.

DE PRIVATIS IEIVNIIS. Ca. XXV.

Reterea unicuique licet ut libet ieuniorum modum habere, seu in eam extenderet, seruata pre omnibus constitutione legitimorum ieuniorum quas supra memorauimus, que generaliter sancta & apostolica seruat ecclesia. Nec non et illa omnimodo custodire oportet unumquemque, que communiter oibus facere siue pro tribulatione, siue pro gratiarum actioe proprius ecclesiæ mandat Episcopus, quia qui constituta